unus erat ex ipsis. Numquid lex nostra iudi-
cat hominem nisi audierit ab ipso prius.
et cognouerit quid faciat? Responderunt
et dixerunt ei. Numquid et tu galileus es?
Scrutare scripturas et vide [illegible]
[illegible]
unusquisque in domum suam. Fer. vi.
In illo tempore: Collegerunt Secundum Iohannem
principes et pharisei concilium et dice-
bant. Quid facimus quia hic homo mul-
ta signa facit. Si dimittimus eum
sic: omnes credent in eum. Et venient ro-
mani et tollent nostrum locum et gentem.
Unus autem ex ipsis caiphas cum esset pon-
tifex anni illius dixit eis. Vos ne-
scitis quicquam. Nec cogitatis quia
expedit nobis ut unus moriatur ho-
mo pro populo: et non tota gens pereat.
Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset
pontifex anni illius prophetavit quia

License: public_domain – Gent, Rijksarchief te Gent, Varia D, nr. 3360/8/2, fol. [7]v – Lectionary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-0ekj/5506/52012)